de plurimum ei qui medicinæ, nec pa-  
rum qui alijs student artibus diuersis  
perpetuo debebunt. Immorarer equidẽ  
prolixius huius uiri laudibus, quas his  
præcipue libris ob summam eruditionem  
& longi temporis obseruationem mere-  
tur, nisi aliud huius Operis institutum  
esset. Librorum eius hi sunt tituli,  
De ortu & causis subterraneorum libri  
5. apprime Philosophici.  
De natura eorum quæ effluunt ex ter-  
ra (ut thermarum, &c.) libri 4.

De natura

De natura fossilium libri 10.

De ueteribus & nouis metallis siue fodi-  
nis, (id est, quibus locis sint uel fue-  
rint) libri 2.

Bermānus, siue de re metallica dialogus.  
Interpretatio Germanica uocum rei me-  
tallicæ.

Librorum decem de natura fossilium (in  
quibus ferè docet, quæ, qualia, ubi,  
quos usus medicis & diuersis artifici-  
bus fossilia exhibeant) argumenta, ut  
tumultuaria lectione obseruauimus,  
hæc ferè sunt:

Libri 1. De profluentibus ex terra, hu-  
mōre, aëre, exhalatione, igne: & pri-  
mū de aquarū colore, sapore, odore.

2. De terris insignibus.

3. De sale, nitro, alumine, chalcantio,  
&c. sulfure, bitumine, auripigmen-  
to, chrysocolla, ærugine, cæruleo; in  
summa de succis concretis.

4. De succo pingui, ut bitumine, cam-  
phora, naphtha, gagate, &c. succi-  
no, & marinis quibusdam.

5. De lapidibus intra terram.

6. De gemmis.

7. De marmoribus.

8. De metallis simplicibus.

9. De eorundem infectu, deq̃ incoctili-  
bus & factitijs metallicis.

10. Res fossiles mistæ & compositæ, ut  
pyritæ, &c.

Quam pauca ueteres ad metallorum co-  
gnitionem reliquerint, De Aristotele,  
Theophrasto & Alberto Magno:  
Ge. Agricola in præfatione ad Mau-  
ricium Saxonix ducem.

In Bermannum dialogum Ge. Agrico-  
læ, seorsim prius editum, Des. Erasmi  
præfatio.

Liber mineralium Auicennæ.

De metallicis, Raph. Volater. lib. 27.

De metallis aliquot, eorumq̃ uiribus,  
uide quædā in libro Ferdinandi Pon-  
zetti de uenenis: & apud authorē Ita-  
lici libri de Pyrotechnia, Venetijs nu-  
per excusi in 4.

Metallaria, Idyllion Ioach. Camerarij.

De meatibus terræ Pandulphi liber, qui  
cūctas uenas, meatus, atq̃ aditus sub-  
terraneos, &c. singillatim enumerat.

De reb. metallicis lib. 5. Alberti Magni.

Quid sint fauissæ Capitolinæ, et quid su-  
per eo uerbo M. Varro Seruio Sulpi-  
tio quærenti rescripserit, Gell. 2. 10.

Aurum, argentum, æs, plumbum, ferrū,  
atq̃ eorum usus, quomodo primum  
reperita, Lucretius lib. 5. circa finem,  
& Polydorus 2. 19.

¶ Ratio naturalis auri inueniendi, &  
quando primum aurea statua, & me-  
dicinæ ex auro, Plinius 33. 4.

Auri laus ex Pindaro, Cælius 20. 23.

Apephthōn aurum, Cælius 23. 16.

De basano, & Colophonio auro, Tzet-  
zes 12. 402.

Aurum Iudaicum quod, Cælius 5. 9.

De Aegyptio, & Indico, & formicino  
auro, Tzetzes 12. 404.

Quæ prima commendatio metallorum  
auri, Plinius 33. 1.

De origine annulorū aureorum, & mo-  
do auri apud antiquos, & equestri or-  
dine: & de iure annulorū aureorum,  
Plinius 33. 1.

Quando primum corona aurea, Ibidem  
cap. 2.

Quis primum coronam folijs aureis &  
argenteis dedit, Plinius 21. 3.

De reliquo usu auri in uiris & mulieribus,  
& de nummo aureo, & quando  
primum signatum sit aurum: & quo-  
ties, et quibus temporibus authoritas  
auri, Plinius 33. 3.

Vicesimarium aurum, Cælius 26. 14.

De aureis lateribus Cræsi, Tzet. 7. 121.

De aurea apud Babylonem arcula, Cæ-  
lius 8. 12.

Aureis catenis nocentes uincire Aethio-  
pum fuisse, Cælius 17. 8.

Chrysochori mulieres quæ, Cæli. 24. 9.

De aureo agno Atrei, Tzetzes 1. 18.

Iupiter in aurum, Ouidius lib. 4. Meta-  
morph. & rursus lib. 6.

Contacta à Mida in aurum, Ouidius Me-  
tamorph. lib. 11.

Arena Pactoli in aurum, Ibidem.

Apud antiquiores Græcos rarū admo-  
dum auri & argenti fuisse usum: &  
quando auro abundare cœpit Græ-  
cia, Leonis. 2. 94.

Aurum & argentum, uide in Ornamen-  
tis corporis: in Ethicis forte.

De auro, argento, opibus, luxu, frugalitæ

- tate, C. Plinius Sec. lib. 33. Vide Indicem Plinianum.
- Aurum esse sapientiam, argentum uero naturalium notitiam, Cælius 7. 24.
- ¶ Argentū, uide in præcedentibus quædam simul cum auro: & in Oeconómicis ubi de pecunia.
- Argentí nomine an contineat pecunia, Cælius 10. 2.
- De argento, Plinius 33. 6.
- De Aegypto argento, Plinius 33. 9.
- Argentū epifemū, asemum, Cæl. 23. 16.
- Reorum & accusatorum argentei lapides, Cælius 12. 19.
- De fusilibus argenti, Cælius 6. 67.
- Argenteo uomere araturos Lacedæmonius oraculum respondit, Cæl. 26. 4.
- De argento ex Alyba, Tzetzes 12. 404.
- De argento uiuo, Cælius 24. 15. & Plinius 33. 6.
- De hydrargyro, Plinius 33. 8.
- De scoria argenti, Plinius 33. 6.
- De spuma argenti, Ibidem.
- Aera quid, Cælius 10. 2.
- Aeris fundendi repertores, Cælius 16. 3.
- Qui primi æris metalla confluxerunt, Leonicens 1. 63.
- Aes cur à Græcis chalcos dicatur, æris inuentio & authoritas, chalcos unde dicat, chalcis piscis, palea æris, chalco theca, aeneū uinculū cur p perpetuo, aenea pocula ueterum, Cælius 19. 20.
- De aeneo Palladis templo apud Lacedæmonios, & quod Romæ forum ære fuit contactum, Leonic. 2. 15.
- Minerua chalcioæcus, quid chalcopyrus, chalcotypus, thalamus aeneus, Delphicum templū aeneum, item Romani fori tectum, Cælius 19. 8.
- Chalceum quàm multa signet apud Græcos, chalcea festa seu Athenæa: orichalcum, chalcenteros cur diceretur Didymus, Cælius 19. 9.
- Codones, tubarum species, Ibidem.
- De ære obseruata pluscula: clauus aeneus quomodo in prouerbium ueniat: ærarij qui sint, Cælius 29. 6.
- Differentiæ æris & mixturæ, et de seruando ære, Plinius 34. 9.
- De Euboicis æris metallis, & de Curetibus, & unde Chalcis ciuitas denominata, Leonicens 1. 74.
- Ex ære arma heroum, non ex ferro, Leonicens 1. 51.
- Speculum Corinthiurges, Aelianus in Varijs Græ. fol. 58.
- Aes Corinthiū cur pretiosum adeo, Cælius 21. 25.
- Aeris metalla, & ferri & plumbi & stanni, continentur Plinij lib. 34. cap. 1.
- Genera æris quæ Corinthia, quæ Delica, quæ Aeginetica, Plinius 34. 2.
- Milites ære diruti, Crinitus 18. 6.
- De Corinthio ære, & illius tēperatura, Leonicens 1. 58.
- De scoria & flore & squama æris, & stommate, & ærugine, & hieracio collyrio, Plinius 34. 11.
- De scolecia, chalcitide, fori, chalcantho, Plinius 34. 12.
- De pompholyge, spodio, antispodio, diphyge, & triente Seruilio, Plinius 34. 13.
- De cadmia medicinae, Plinius 34. 10.
- De alumine, generibus eius, & medicinis, Plinius 35. 15.
- Electrum quis inuenerit, Polyd. 2. 22.
- De chryfocolla, medicinae ex ea sex, & mirabilis natura eius glutinandis inter se perficiendisq; metallis, Plinius 33. 5.
- De ferro & ferreis metallis, & differentia ferri, Plinius 34. 14.
- De temperatura ferri, & medicinae ex ferro, & ex ærugine, & rubigine, & squama ferri, & hygremplastro, Plinius 34. 15.
- De quatuor celebribus ferri temperaturis; de Norica præterea & Corinthia, quæ iuniores fuerunt, Leonic. 1. 97.
- De ferro chalybis, Tzetzes 10. 338.
- Quomodo magnes amat ferrum. Vide paulò superius in magnete inter lapides.
- De plumbi metallis, & albo plumbo & nigro, Plinius 34. 16.
- De stanno, & plumbo argentario, & quibusdam alijs, Ibidem cap. 17.
- Medicinae de plumbo & scoria plumbi: de molybdæna siue galena: de psimythio, id est, cerussa, & sandarathia, Plinius 34. 18.
- Plumbi laminae iniectæ cur frigidiorē reddant aquā, Plutarch. Symp. 6. 5.
- Plumbo

Plumbo reprimi Venerea, Cælius 15. 6.  
 De stibio siue alabastro, Plinius 33. 6.  
 Terræ uarietates, & de puluere Puteolano, & alijs terræ generibus quæ in lapidem uertuntur, Plinius 35. 13.  
 De terra Samia & Eretria & Chia, & Selenusia, pnigitide & ampelitide medicinæ, Plinius 35. 16.  
 De terra ex Galata insula, & terra Clusæ, terra Balearica, terra Ebusitana, Plinius 35. 19.  
 Cretæ genera ad uestiũ usum, Cimolia, Sarda, umbrica, saxum, argentaria, Plinius 35. 17.  
 De minio quantæ authoritatis fuerit apud Romanos, & inuentione eius, Plinius 33. 7.  
 De generibus minij & ratione eius in picturis, Ibidem.  
 Minium quis inuenerit, Plinius 2. 22.  
 De minij generibus & Callia Atheniensis minij inuentore, Leonicens 2. 52.  
 De sulphure, & generibus eius, & medicinæ, Plinius 35. 15.  
 De sulfure ignis experte, & cur thion uocetur, Tzetzes 12. 440.  
 Salis laus, Cælius 27. 24.  
 Cur poeta salem diuinũ appellarit, Plutarchus Sympos. 5. 10.  
 Salis potestas mira, Cælius 6. 1.  
 Mos abluendi infantes sale aut frigida aqua, Cælius 6. 2.  
 Salis nomine quid intelligendum in sanctis literis, Ibidem.  
 Salis ratio, Cælius 5. 12.  
 De generibus salis & cõfecturis, & medicinis, & obseruationibus, Plinius 31. 7. & 9.  
 Halipeton quid sit & cur dicatur, Cælius 26. 16.  
 Portorium salis, Cælius pag. 186. Plura de sale uide in Indice in Cælium.  
 Sal tragacetus, Cælius 28. 7.  
 Quare pastores ouibus salem obijciunt, Plutarch. caus. natur. 3.  
 Quinam sint qui circa salem et cyminũ, Plutarch. Symp. 5. 10.  
 Cur salem non gustarent Isidis sacerdotes, Plutarch. Leonicen. 2. 21.  
 Cur pluuijs quibusdam incoquitur salis sapor, Cælius 26. 16.  
 De seruis sale commutatis, Cælius 25. 19.

De nitri generibus & cõfecturis & medicinis & obseruationibus. Plin. 31. 10.  
 De naphtha, Plinius 2. 108.  
 De naphtha & specillo, Plinij locus perpenditur, Medeæ pharmacum, Cælius 15. 13.

TITVLVS VIII. PHYSICVS  
*simul & medicus, De plantis, in genere primum: deinde ordine literarum. Pars altera de arboribus est.*

**D**E herbariæ medicinæ inuētoribus, Polydorus 1. 21.  
 De herbis methodus Caroli Figuli.  
 De stirpiũ differentijs, Benedict. Textor Segusianus: De iisdẽ multa Ruellius libro 1. Historiæ stirpium; & passim Theophrastus.  
 Aristotelis de plantis libri 2. Græci & Latini innominato interprete cum reliquis Aristotelis operibus excusis: & seorsim à Lacuna interprete.  
 De stirpium genere & oleraceis problematica Aristotelis, sectione 36.  
 Theophrasti de plantarũ historia libros 10. & sex de causis plantarum, Theodorus Gaza Latinos fecit; editionibus quibusdam duo indices adijciuntur, in quorum altero Græca plantarum nomina Latinis, ut Gaza transtulit, præmittuntur; in altero, contra, Vide Tomo 1.  
 Dioscoridis de materia medica libri 5. id est, de omni genere plantarũ: item de animalibus, metallis, & alijs, quorum in re medica usus est, uide Tomo 1. Hos libros Latinitate donauerunt Hermol. Barbarus, Marcellus Vergilius, Io. Ruellius. Marcellus etiã annotationes copiosas addidit, quas Otho Brunfelsius recisis supfluis contraxit; & Hermolaus Corollarium eruditissimum uariæq; lectionis. Rodericus Lusitanus in priores tantum duos lib. annotationes edidit. Antonius Stuppanus Rhætus Dioscoridi Lugduni impresso enchiridij forma in 16. scholia quædam breuia adiecit. Gualtherus Ryff imagines adiunxit, & annotationes. Io. Dantzius, ut audio, Germanice reddidit Francoforti; quidam etiã Italice.

- Io. Agricola Ammonius indicem copiosum in Dioscoridē collegit secundum libros & capita, quorum distinctionem nos inferius in alphabetico stirpiū catalogo sequimur. Idem Tabellam edidit, qua numeris capitum Dioscoridis continua à principio ad finem serie, Galeni & Serapionis capita, in quibus de iisdem tractant, è regione apponit. Innomiatus quidam edidit indicē medicaminū apud Dioscoridem secundum morborum genera, utilem sanè nisi corruptus & sine iudicio collectus esset.
- C. Plinij Secundi de plantarum historia & medicamentis. Vide Tomo 1.
- Qui Latine usus herbarum scripserint, & quando ad Romanos notitia earū peruenerit, & qui primi Græcorum de his composuerint, & de herbarum inuentione & antiqua medicina, & quare minus exerceantur eorum remedia, Plinius libro 25. ca. 1.
- Vide supra qui scripserint in totum Plinium, & ibidem qui de omni genere rerum naturalium, ab initio Tituli 6.
- De natura stirpiū libri 3. Ioā. Ruellij. Vide Tomo 1.
- Herbarij Othonis Brunfelsij cum imaginibus Tomi 3. Latine, & Volumen unum Germanicum: item Compendium Germanicum.
- Theodorici Dorstenij herbarum usus et imagines.
- Herbarius Germanicus Eucharij Rhodionis, scriptus uel interpolatus ab eo, ni fallor: idem forte quem Theod. Dorstenius transtulit.
- Leonardi Fuchsij historia stirpiū, Latine, Germanice, & Flandrice edita, cum imaginibus omnium artificiosissimis. Eiusdem secundus Tomus in magna expectatione est.
- Imagines primi Tomi plantarum Leon. Fuchsij seorsim editæ, in 8.
- Herbarum aliquot imagines seorsim editæ Francoforti apud Egenolphū ante annos aliquot.
- Herbarum uulgarium descriptiones & nomina per Hieronymum herbariū Argētoratensem, Germanice impressæ cum herbario Brunfelsij.
- Imagines stirpiū Guilhelmi Turneri nondum editæ.
- De plantis & cæteris diuersis rebus naturæ, Conradus Mengerberger Germanice.
- De herbis ueterum & recentiorum & alijs simplicibus medicamentis Ioan. Agricolæ Ammonij libri 2. ordine literarum.
- Antonij Brasauoli simplicium medicamentorum, quorum in officinis usus est, examen. In idem animaduersiones Aloisij Mundellæ.
- De herbis uarijs dialogus Euricij Cordi. Hortus Gallicus Symph. Campegi.
- Io. Mañardus in epistolis multa passim de simplicium pharmacorum nominibus atq; uiribus disserit: item Aloisius Mundella in suis: & Fuchsius in Paradoxis: & Monachi quorum commentarij in Mesuen Venetijs nuper excusi sunt in fol.
- De herbis Galfredus.
- De uarijs plantis Isidorus lib. 17. Etymol. & Vincentius Belluacens. lib. 10.
- De plantis omnis generis, Raph. Volaterranus lib. 26.
- Plantarum catalogum nominibus Latinis, Græcis, Germanicis & Gallicis ordine alphabetico conscriptum, nos ante annos septem dedimus.
- De Latinis & Græcis & Gallicis nominibus arborum, fruticū, herbarum, piscium & auium libellus auctoritate nominati, excusus Parisijs apud Robertum Stephanum, 1545. in 8.
- Historia plantarum nostra, ex Dioscoride & alijs ordine literarum uide Tomo 1. Oribasius similiter, sed ex Dioscoride tantum, plantarū descriptiones eodem ordine congeffit.
- Ioā. Monhemij plantarum historia cum Compendio eius in Physicam excusa: cuius censuram habes Tomo 1.
- Herbarum historia Christophori Longolij, haud scio an impressa.
- Plantarum historiam Guilielmum Pellicerium episcopum Montispeffulani promittere audio.
- De herbis cultis Vincentius Belluacens. lib. 11.
- Medicinæ ex hortensibus, Plinius li. 20.

- De re hortensi Carolus Stephanus.  
 Hortorum Herculis laus, Titus Vespasianus Stroza, lib. 2. Aeolostichon. Sed de hortis uide supra in re rustica, lib. 14. Tit. ultimo.
- Caroli Stephani Vinetum, de uineis, uinis, & herbis quæ inter uineas nascuntur. Agrum etiam aut pratum, si bene memini, descripsit.
- De medicaminibus herbarum L. Apuleius.
- De herbarum notitia, natura, & uiribus Remacli Fusci dialogus.
- Hortulus de herbarum uiribus, Strabi Galli poëta.
- De medicinis herbarum, C. Plin. lib. 22.
- De herbarum sponte nascentium natura & medicinis, C. Plinius lib. 25.
- Carmina de uirtute siue facultate quarundam plantarum authoris incerti, Venetijs apud Aldum excusa cum Dioscoride Græco.
- Aemilius Macer de uiribus herbarum cum commentarijs Io. Atrociani.
- De uirtutibus herbarum ad apothecam spectantium, in modum antidotorum dispensatarum, Arnoldi de Villa noua liber.
- Cæcilius Bion, qui περι σπουδαίων scriptis, à Plinio citatur.
- Indicium super diuersis Græcis qui ante Galenum plantas descripserunt, uide in præfatione Galeni in librum 6. suum de simplicibus.
- Vsus aquarum, ut uocant, destillatarum, Remacli Fusch: & Gualtheri Ryff magnum opus Germanicum; & Hieronymi Brunsvyger Germanice.
- Herbarum uires magicæ in libello secretorum Alberti Magni; Item diuersa earum uocabula, sed corruptissima, in eiusdem de mirabilibus mundi libro.
- De Menaide herba, & alijs 23. quas quidam magicas esse dicunt: & medicinis earum, Plinius 24. 17.
- Alberti Magni de uirtutibus herbarum, & secretis mulierum libri Latini, in Germanicam quoque & Italicam linguas transfusi. Legat qui bonas horas uult perdere.
- ¶ De stirpium substantia quedam, & effectibus, & usu.
- Herbis concubitum iuari, Cælius 14. 3.
- De usu herbarum pro uestibus, C. Plinius alicubi. Vide Indicem eius in uestibus.
- Quod herbis uestes inficiantur, Plinius lib. 22. 2.
- De ortu occasuque sideris in quibusdam herbis obseruando, Plinius 18. 27.
- Stirpes quomodo aucescant, & an sint animantes, Plutarch. de Plac. 5. 26.
- De gentibus herbis formæ gratia utentibus, Plinius lib. 22. 1.
- Cur plantæ contrario modo corporis situ, quam homo se habeant, Cælius 9. 11. & 3. 11.
- De ratione maris & fœminæ in plantis, Cælius 20. 34.
- De prouerbio, Amicus ut oleum plantis: oleo peruncias arbores interire, Cælius 30. 24.
- ¶ De partibus plantarum.
- Thyrus, thythla, Cælius 28. 24.
- Qui de differentijs plantarum scripserunt (de quibus ab initio huius Tituli) secundum diuersas partes, partiumque differentias, eas distinguunt.
- Differentia herbarum per folia, Plinius 21. 17.
- Qui frondea corona donati, Plin. 16. 4.
- De corticibus, Ant. Brasauolus in Examine Simpl.
- Flores, Textor in Officina Basil. edit. pag. 478. Vide in Coronis, libro 1. Tit. 12. par. 4.
- Gutta aquæ in flores, Ouidius Metam. lib. 7.
- Hyacinthus puer in florem, Ouid. Metamor. lib. 10.
- Crocus cum Smilace in flores, Ibidem lib. 4.
- De floribus antiquis, Plinius 21. 7.
- Iunonis flores qui, Cælius 26. 5.
- Quæ herbæ toto anno floreat, Plinius 21. 17.
- De florida Aetnæ regionis natura, Cælius 26. 20.
- De festis Anthesphorijs, Ibidem & Erasmus in prouerb. Foras Cares.
- Corollarum è floribus inuentio, Ibid.
- Ex floribus mel factitium Gigantes quidam in Libya faciebant, Leonice. 3. 77.

- Cosmosandalos flos, siue hyacinthus:  
Atta Comicus poëta; Perambulare  
crocum, & flores quid apud Hora-  
tium, Cælius 27. 26.
- De uestium amulatione cum floribus,  
Plinius 21. 8.
- De floribus & coronamentis, Plin. li. 21.
- De natura florum et coronamentorum,  
& mira florū uarietate, Plinius 21. 1.
- Præsent ne ex floribus corollæ, an arbo-  
rum ramis, Cælius 27. 26.
- Stephanomeli, Plinius 26. 13.
- Pericarpia, echini, Cælius 8. 13.
- De acinis & baccis, Plinius 15. 24.
- Fructus nullus cur falsus, Plutarchus  
caus. natur. 5.
- Ficorum inuentor & fructuum, Cælius  
7. 15.
- De fructibus, Anto. Brasauolus in Exam-  
mine simplic.
- Fructuum distinctio, demetrii, horai,  
opore, salgama, salgamarii, Cæl. 30. 10.
- De seminibus & succis, Vincent. Bel-  
luaceni, lib. 12. Speculi naturalis.
- De seminibus pharmacopolarum, An-  
tonius Brasauolus in Exam. simpl.
- Seminum quæ cerasbola dicuntur ratio,  
Cælius 30. 1.
- De generibus succorum, Plinius 15. 27.
- De succis fructuum & arborum, Plin. 15. 28.
- De herbarum fructibus, seminibus, radi-  
cibus, Arnoldus Villanou, lib. 4. de  
simpl.
- De gummis & similibus, Arnoldus Vil-  
lanou, libro 5. de Simpl.
- De gummi, Anto. Brasauolus in Exam.  
Simpl.
- De gummi generibus, Plinius 13. 11.
- De gummi medicinis, Plinius 24. 11.
- Carbonum natura, Cælius 10. 10.
- De carbone, Plinius 16. 6.
- ¶ Genera quedam herbarum.
- Descriptio frugum, Plinius 18. 28.
- De frugum generibus & natura, Plin-  
nius 18. 7.
- De prodigijs frugum, Plinius 18. 18.
- Medicinæ ex frugibus, Plin. lib. 22. 25.
- Non omnia frumenti genera ubiq; na-  
sci, & de reliquis in oriente generib.  
Plinius 18. 8.
- Frumenta diuersa, Textor in Officina,  
pag. 477. Basil. edit.
- De dijs qui segetibus & frumentis præ-  
sident, Crinitus 15. 10.
- De leguminibus, Plinius 18. 12.
- Cur moris est, ut qui castimoniã colunt,  
leguminibus abstineant, Plutarchus  
Problem. Rom. 95.
- Leguminū in cibo euentus, Cæl. 13. 24.
- Legumina diuersa, Textor in Officina  
477.
- De herbis sponte nascentibus & aculea-  
tis, Plinius 21. 15.
- De prouerbio, Multa Syrorum olera,  
Cælius 25. 25.
- Holerum & fructuum aliquot facultates,  
Plinius libro 4. de re medica.
- De odoramentis & aromatibus, Diosco-  
rides libro 1.
- Cur in Oriente nascentur aromata, Cæ-  
lius 1. 10.
- Aromatum suffitus menses ducit, & ad  
plura esset utilis, ni capitis faceret gra-  
uitatem, Hippocrat. Aphorif. 5. 28.
- De speciebus aromaticis, confortatiuis,  
& similibus, Arnold. Villanou, libro  
3. de Simpl.
- In Oriente cur odoratiora consurgant,  
Cælius 22. 31.
- An ex iride odor accedat uel terræ uel  
arboribus, Ibidem.
- De syluestribus herbarum generibus reli-  
quis, Plinius lib. 27.
- De herbis citra mare, Plinius 21. 11.
- Plantæ in Delo florentes, Aelianus in  
Varijs Græcis, fol. 29.
- De herba è fluminibus, Plinius 24. 19.
- De herba quæ nascitur in capite statuæ,  
Ibidem.
- ¶ Frutices odorati, Textor in Officina  
pag. 478. Basil. edit.
- Frutices aquatici, Plinius 16. 37.
- Asiæ & Græciæ frutices, Plinius 13. 20.
- ¶ Herbarum fruticum, suffruticum, & spinarum,  
& quæ ex eis sumuntur remediorum  
catalogus.
- D. litera Dioscoridæ designat. Numerus prior  
librum, alter caput. Sciendum est autem alios  
Dioscoridis codices alijs capitum numeris in-  
signiri: quosdam etiam à principio ad finem con-  
tinua numerorum serie progredi. F. Fuchsij  
historiam significat, sine capitum numeris.

- Abrotanum, D. 3. 144. Plinius 21. 10. & 21. 21. F.  
 Absinthium, D. 3. 26. Plinius 27. 7. F.  
 Absinthij succus an uentriculo cōferat, Hieronym. Cardan. 6. 4. Contradic.  
 Acacalis, D. 1. 120.  
 Acacia D. 1. 135. Plin. 24. 12.  
 Acacia altera D. 1. 136.  
 Acantha D. 3. 18.  
 Acanthis D. 3. 14.  
 Acanthus, Plinius 22. 22.  
 Acanthus syluestris, D. 3. 19. F.  
 Pæderos herba, Leonic. 2. 44.  
 Acanthium D. 3. 17. & Plinius 24. 12.  
 Acanus, Plinius 22. 9.  
 Achillea D. 4. 39. Plinius 25. 4.  
 Acinos D. 1. 48. Ex acino medicinæ, Plinius 21. 27.  
 Aconitum, D. 4. 80. Plinius 27. 2. & de panthera quæ extinguitur aconito, Ibidem.  
 Aconitum lycoctonon, D. 4. 81. F.  
 Napellum letale homini in cibo aut potu uenenum, ad leucen, quam albaram nominat, abigendam, perperam & non sine capitali errore ab Auicenna propinatum esse, Fuchsius Paradox. 1. 14.  
 Auicennam uideri ignorasse napellum, Ibidem 1. 13.  
 De herba Tora, & ueneno eius, Anto. Gaynerius ca. 1. tractatu de uenenis.  
 Acorus D. 1. 8. Plinius 25. 10.  
 Acorus uulgaris, F.  
 Actea, Plin. 27. 7. Ebulus uidetur.  
 Adiantum, D. 4. 137. F.  
 Adonis in florem, Ouidius Metamor. lib. 10.  
 Aegilops, D. 4. 140.  
 Aethiopsis, D. 4. 106. Plinius 27. 4.  
 Agaricum D. 3. 1. Plinius 16. 8.  
 Ageraton D. 4. 62. Plinius 27. 4.  
 Alba spina, leucacantha, Plinius 22. 16. D. 3. 20.  
 Alcea D. 3. 165. Plinius 27. 4. F.  
 Alektorolophos, Plinius 27. 5.  
 Alga marina D. 4. 101.  
 Alga, Plinius 27. 7.  
 Alibium, uide Aster.  
 Alisa, Plin. 18. 11. uide Chondrus.  
 Alisma, D. 3. 170. F.  
 Allium D. 2. 169. Plinius 20. 6. F.  
 Alliu cur theriaca rusticorū, Cæl. 4. 14.  
 Allij natura, Cælius 12. 4.  
 Allij foetorem extinguit ruta, D. Dæ-  
 tis quid uel molyza, Cælius 27. 22.  
 Aloë D. 3. 24. Plinius 27. 4. F.  
 De aloë Dialexis prima, Seb. Mōtui li. 1.  
 Quod aloën proficuum ac salutarem in uitæ regimine credunt, Hier. Cardanus errore 51. ex 100.  
 Aloën per se ora uenarum non aperire, neq; sanguinem ciere: quemadmodū multi Serapionis Mesuisq; peruerso dogmate seducti opinantur: sed eadem potius occludere, atq; sanguinē undecunq; fluentem sistere, Fuchsius Paradox. 1. 1.  
 Aloën melli commixtam, non minus, imò plus purgare contra Auicennæ & Mesuis erroneam sententiā, Fuchsius Paradox. 1. 2.  
 Aloën uentriculo & iocinori non nocere, contra Auicennam et Mesuen, Ibidem 1. 3.  
 Alfine, Plinius 27. 4. D. 2. 175. uide Auricula muris.  
 Althea, D. 3. 164. Plinius 20. 21. F.  
 Alum, Plinius 27. 6. uide symphytum petraeum.  
 Alypiadis riciniūe, Trallianus 4. 2.  
 Alypum, D. 4. 190. Plinius 27. 4.  
 Alysson, D. 3. 104.  
 Amaracus uide  
 Amaranthus, Plinius 21. 8. F.  
 Ambrosia D. 3. 127. Plin. 25. 6. & 27. 4.  
 Ammi D. 3. 68. F.  
 Ammoniacum D. 3. 97. Plinius 24. 6. & 12. 13.  
 Amomum, D. 1. 16. Amomum & amomis, Plinius 12. 13.  
 Ampeloprasum D. 2. 167. Plin. 24. 5.  
 Anagallis D. 2. 169. Plinius 25. 10. F. Vi de Auricula muris.  
 Anagallis aquatica quibusdā dicta, pro-  
 fio pingitur à Fuchsiō.  
 Anchusa D. 4. 26. Plinius 21. 16.  
 De anchusa & pseudanchusa & medici-  
 nis earum, Plinius 22. 20.  
 Onichilon, Plinius 22. 21.  
 Anchusa Alcibiadios, D. 4. 27.  
 Anchusa innominata D. 4. 28.  
 Androsaces D. 3. 151. Plinius 27. 4.  
 Androsamon D. 3. 174. Plin. 27. 4. F.

DE PHYSICIS

- Anemone D. 2. 195. Cælius 19. 4. Plinius 21. 23.  
 Anethum D. 3. 65. Plinius 20. 18. F.  
 Anguria F.  
 Anisum D. 3. 63. Plinius 20. 17. F.  
 Anonís D. 3. 20. Vide Ononís.  
 Anthalií medicínæ, Plinius 21. 29.  
 Anthemis D. 3. 155. Plin. 22. 21. F.  
 Anthyllis D. 1. 154.  
 Antirrhinon D. 4. 134.  
 Aparine D. 3. 103. Plinius 27. 5. F.  
 Philanthropos, Plinius 24. 19.  
 Aphace, D. 2. 165. Plin. 27. 5. F.  
 Apiastrum D. 3. 117. Plin. 20. 11. F.  
 Apíos herba, D. 4. 187. F.  
 Apium fatiuum D. 3. 72. Plinius 20. 11.  
 Plutarch. Symp. 5. 3. F.  
 Apio indigere quid, Cælius 6. 19.  
 Cur apij coronis in cõuiuijs non ute-  
 bantur, Leonicens 1. 24.  
 Apium montanũ D. 3. 74. Plin. 20. 11. F.  
 Apium saxatile, D. 3. 75. uide Petroselin. F.  
 Apium palustre uel rusticum, D. 3. 68.  
 Plin. 20. 11. F.  
 Apocynon D. 4. 84. Plin. 24. 11.  
 Arabis D. 2. 174.  
 Arbutus D. 1. 177.  
 Arction, D. 4. 107. Plin. 25. 8. & 27. 5.  
 Argemone D. 2. 196. Altera 2. 197.  
 Plinius 25. 8. & 26. 9.  
 Aris, Plinius 24. 16.  
 Arisarum D. 2. 157.  
 Aristolochia rotunda D. 3. 4. Plin. 25. 7.  
 & quod eius delectatione inuoluant  
 pisces & statim capiant, Ibidem F.  
 Aristolochia lōga & clematis, D. 3. 5. F.  
 Pistolochia F.  
 Armoraciam cur dicant cera, Cælius 7.  
 23. F.  
 Aron D. 2. 185. Plinius 24. 16. F.  
 Artemisia, D. 3. 125. Plin. 25. 6. F.  
 Artemisia tenuior, D. 3. 126. F.  
 Ex Arundine corollæ, Cælius 27. 26.  
 De harundine, Plinius 24. 11. & 16.  
 37. D. 1. 106. Cannæ uocales, Ouidius  
 Metam. 11. Calamophori, Cælius  
 19. 15.  
 Asarum D. 1. 8. Plin. 21. 6. & 21. 19. F.  
 Asclepias D. 3. 105. Plin. 27. 5. F.  
 Ascyrum D. 2. 173.  
 Ascyrũ uel Ascyroides, Plin. 27. 5. F.
- Asparagus D. 2. 139. F. De asparagis  
 & corruda, & Libyco, & horminio,  
 Plinius 20. 10.  
 Asphodelus, id est, hastula regia, D. 2.  
 187. Plin. 21. 17. F.  
 Asplenium D. 3. 152. Plin. 27. 5.  
 Aster uel bubonium D. 4. 121. Plinius  
 27. 5. F.  
 Alibium non esse herbam eryngium  
 ueluti Pandectarius putat: sed eam,  
 quam Græci bubonion, Latini In-  
 guinariam uocant, Fuchsius Para-  
 dox. 1. 32.  
 Atractylis D. 3. 160. F.  
 Atriplex D. 2. 132. Plin. 20. 20. F.  
 Auellanæ nuces D. 1. 181.  
 Avena D. 140.  
 Avena brōmos 4. 141. F.  
 Auricula muris D. 2. 174. & 2. 175. F.  
 Helxinen, Anagallidem, Alsinen, &  
 myosotida, herbas natura & figura  
 plurimum distantes, Auicennā uno  
 eodemq; capite sub auriculæ muris  
 appellatione confudisse, Fuchsius Pa-  
 radox. 1. 25.

B.

- De radicis cuiusdã baaras nomine ad-  
 miranda natura, Leonicens. 1. 22.  
 Baccharis D. 3. 49. Plin. 21. 6. & 21. 19.  
 Ballote D. 3. 116. Plin. 27. 8. F.  
 Balsamine F.  
 Balsamũ D. 1. 20. Cælius 18. 35. Plin. 12.  
 25. Xylobalsamum, D. 1. 22. Plin.  
 12. 25. Opopalsamum, Ibidem.  
 Barbula hirci D. 2. 60. Plin. 27. 13. F.  
 Barba caprina F.  
 Batis D. 2. 144. Plin. 21. 27.  
 Batrachion. Vide Ranunculus.  
 Bellis, Plinius F.  
 Beta D. 2. 136. Plinius 20. 8. F.  
 Beta syluestris F.  
 Betonica D. 4. 1. Plinius 25. 7. F.  
 De Vettonicę remedijs 47. Antonij Mu-  
 sæ libellus cum commentarijs Gabrie-  
 lis Humelbergij.  
 Blattaria (uerbasci genus) Plin. 25. 8. F.  
 Blitum D. 2. 130. Plin. 20. 22. F.  
 Boleti, Plin. 22. 22. uide Fungi.  
 Borago, uide Buglossus.  
 Botrys herba, D. 3. 128. De botrye fru-  
 tiosa, Plinius 27. 8. F.

Brabylla,

- Brabylla, Plinius 27. 8.  
 Brassica D. 2. 133. Plinius 20. 9.  
 Plinij locus perpenditur de brassica,  
 Cælius 27. 28.  
 Brassica marina D. 2. 135. Plin. 20. 9.  
 Brassica canina, uide Canina,  
 Britannica herba, D. 4. 2. Plin. 25. 3. &  
 25. 8.  
 Brya frutex, Plinius 13. 21.  
 Bryon, id est, muscus, D. 1. 24. Plinius  
 12. 28. & 27. 8.  
 Bryon marinum, D. 4. 100.  
 Bryonia D. 4. 194. F.  
 Buglossum D. 4. 123. Plin. 25. 7. F.  
 Boraginem uulgo dictam ueterum esse  
 buglossum, adeoq; hanc pro illo ad  
 medicinæ usum esse adhibendâ, Fuch  
 sius Paradox. 1. 33.  
 Bulbine, Plinius 20. 9.  
 De syluestribus bulbis, Plinius 21. 11. F.  
 Bulbi, Plinius 20. 9.  
 Bulbus nomitorius D. 2. 188.  
 Bulbus cibarius D. 2. 189.  
 Bunias D. 2. 122. Vide in Napo.  
 Bunion D. 2. 129.  
 Pseudobunion, Plinius 24. 16.  
 Bupthalmus D. 3. 157. Plinius 25. 7. F.  
 Bupleurum, Plin. 27. 8.  
 Buprestis herba, Plinius 22. 22.
- C.
- Cacalia D. 4. 124. Plinius 26. 6.  
 Calamintha D. 3. 41. F.  
 Auicennam calamentum cum origâ  
 no confundere, atq; utriusq; uires  
 promiscue docere, Fuch. Paradox.  
 1. 23. Nepeta, Plin. 20. 14.  
 Calamus, uide Arundo.  
 Calamus odoratus, D. 1. 19. Plin. 12. 22.  
 Calla, Plinius 27. 8.  
 Callicia, Plinius 24. 17.  
 Callitrichon, Plinius 22. 21.  
 Caltha, Plinius 21. 6. F.  
 Campanula, F.  
 Canaria, Plinius 25. 7.  
 Canchrys, Plinius 24. 11.  
 Canina Brassica D. 4. 184. F.  
 Canirubus D. 1. 125.  
 Cannabis syluestris D. 1. 166.  
 Cannabis fatiua D. 1. 167. Plin. 2. 23. F.  
 Cantabrica, Plinius 25. 70.  
 Capparîs D. 2. 192. Plin. 13. & 20. 15.  
 Cardamomum D. 1. 5.  
 Cardiaca F.  
 Carduus D. 3. 15. Plinius 20. 23. & 21.  
 16. F.  
 Carduus, cinara, Cælius 6. 7.  
 Scolymus Plinius 22. 22.  
 Caryophyllata F.  
 Carum, D. 3. 64. F.  
 Casia D. 1. 12.  
 Casia adulterata, D. 1. 13.  
 Cassutha F.  
 Decatanance, Plinius 27. 8. & D. 4. 129.  
 Caucalis D. 2. 156. Plinius 22. 22.  
 Centaurium magnum D. 3. 7.  
 Centaurium maius Mesuen, Auicen  
 nam in hoc, ut plerisq; alijs, secutû,  
 præter antiquorum exemplû cum  
 minore confundere, ac uires utrius  
 que indiscriminatim cômiscere: mi  
 nus quoq; non sine magno errore  
 maiori præferre, Fuchsius Parado  
 xa 1. 11.  
 Centaurea, Plinius 25. 9.  
 Centaurium minus, D. 3. 8. F.  
 De centaurij minoris uiribus libellus au  
 thoris incerti, cum Galeni nothis ex  
 cusus: fertur autem translatus à Ni  
 colao Regio.  
 Centauria siue Chironia, et libadium si  
 ue fel terræ, Plinius 25. 5.  
 Centumcapita, Plinius 22. 8. Vide E  
 ryngium.  
 Centummorbia F.  
 Centunculus D. 3. 131. Plinius 24. 15.  
 Cepe D. 2. 168. F.  
 Cepe syluestre, Plinius 20. 5.  
 Cepas syluestres non reperiri, Cælius  
 12. 4.  
 Thymus quid, ceparum natura & al  
 lij, crommyon unde, Ibidem.  
 Cepea D. 3. 169.  
 Chamæcissus D. 4. 127. Plin. 24. 15.  
 Chamæcyparissus, Plinius 24. 15. F.  
 Chamædryas 3. 111. Plinius 24. 15. F.  
 Chamædaphne, Plinius 24. 15. F.  
 Chamæleon albus, D. 3. 9. F.  
 De chamæleonte, generibuscq; & me  
 dicinis eius, Plinius 22. 18.  
 Chamæleon niger, D. 3. 10. F.  
 Chamæleuce, Plin. 24. 15.  
 Chamæmelon, D. 3. 155. F.  
 Leucanthemon, Plin. 21. 21. & 21. 10.

- Chamæmyrsinum oleum, Plin. 23. 4.  
 Chamæpitys D. 3. 176. Plinius 24. 6. F.  
 Chamæpitys altera D. 3. 177.  
 Chamæsyce, D. 4. 181. Plinius 24. 15.  
 Chamelæa D. 4. 182. Plin. 24. 15.  
 Haud recte Auicennam & Mesuen her-  
 bam Mezereon, quæ à Græcis cha-  
 melæa dicitur, inter lactariorum ge-  
 nera connumerare, ac cum thymelæa  
 confundere; multa quoq; quæ cha-  
 mæleonti debentur, nominis uicini-  
 tate deceptos, chamelææ tribuere,  
 Fuchf. Paradox. 1. 22.  
 Chelidonia, Plin. 25. 7. & 25. 9.  
 Chelidonium maius, D. 2. 200. F.  
 Chelidonium minus, D. 2. 201. F.  
 Chondros D. 2. 106. Alica Plin. 18. 11.  
 Chrysanthemum D. 4. 61. F.  
 Chryfocome D. 4. 58. Chryfocome  
 uel chryfitis, Plin. 21. 8. & 21. 20.  
 Chryfogonon, D. 4. 59.  
 Chryfolachanum, Plin. 27. 8.  
 Cicer D. 2. 114. F.  
 Cicerbita D. 2. 146. F.  
 Cichorium D. 2. 147.  
 Cici D. 4. 167.  
 Cicuta, D. 4. 82. Plin. 25. 10. F.  
 In describendis cicuta & napello herbis,  
 non solum ancipitem fuisse, sed & ea  
 rundem uires miscuisse Auicennam,  
 ita ut uerisimile admodum sit illum  
 utrâq; ignorasse, Fuchf. Paradox. 1. 13.  
 Cinara, uide Carduus.  
 Cinnamomum, uide inter arbores.  
 Circeæ D. 3. 133. Circeia, Plin. 27. 8.  
 Cirsion D. 4. 20.  
 Cisthos D. 1. 128. Plin. 24. 10.  
 Clematis D. 4. 8. Plin. 24. 10.  
 Clematis altera uel Aegyptia D. 4. 9. Pli-  
 nius 24. 15. Vinca peruinca, Plin.  
 21. 27. F.  
 Clinopodium, D. 3. 108. Plin. 24. 15.  
 Clymenos D. 4. 15. Plin. 25. 6.  
 Cnicus D. 4. 200. Plinius 21. 32. F.  
 Coccum D. 4. 51. Plin. 16. 8. De cocci  
 stirpe, & animali in illa nato, cuius  
 sanguis lanarum erat infectio, Leo-  
 niden. 1. 5.  
 Coccum gnidium. Vide Thymelæa,  
 Codiaminum, Plinius 21. 11.  
 Colocasia, uide faba Aegyptia.  
 Colocynthis, id est, cucurbita syluestris  
 D. 4. 188. Plin. 20. 3. F.  
 Colutea F.  
 Combretum, Plin. 21. 6. & 21. 19.  
 Condrilla, D. 2. 148. Plin. 22. 22. Chon-  
 drilla potius, cum h.  
 Conferua, Plin. 22. 8.  
 Consolida media floribus cœruleis F.  
 Conyza magna, D. 3. 135.  
 Conyza, Plin. 21. 10.  
 Conyza parua, D. 3. 136.  
 Conyza tertia aquatica, D. 3. 137.  
 Consiligo, Plinius 25. 7.  
 Conuoluulus F.  
 Corallium, D. 5. 130.  
 Corchorus Plin. 21. 32.  
 Coriacea, Plinius 24. 17.  
 Coriandrum D. 3. 69. Plinius 20. 20. F.  
 Coriandrum an frigidum, Hieron. Car-  
 danus 3. 16.  
 An comitali morbo cōueniat, Idem  
 Coris, D. 3. 175. (3. 17.)  
 Coronopus D. 2. 118. & Plin. 22. 19. F.  
 Corruda, Plin. 20. 10. Vide asparagus.  
 Cosmofandalus flos, Cælius 27. 26.  
 Costus D. 1. 17. Plin. 12. 12.  
 Crategis, Plinius 16. 16.  
 Cratægonum, D. 3. 140. Plin. 27. 8.  
 Crenon agrion, Plin. 25. 10.  
 Crocodilion D. 3. 1. Plin. 27. 8.  
 Crocus D. 1. 29. Plin. 21. 6. & 21. 20. F.  
 De crocomagnate, Ibid.  
 De croco & floribus in scenis, Crin. 18. 4.  
 Perambulare flore & crocum quid Ho-  
 ratio, Cælius 27. 26.  
 Cruciata, à figura tertusæ radicis F.  
 Cucubalum, Plinius 27. 8. Videtur au-  
 tem solanum.  
 Cucumis satiuus D. 4. 157. Plin. 20. 2. F.  
 Cucumis anguinus, Ibidem.  
 Cucumis syluester & elaterium, Plinius  
 20. 1. F.  
 Cucumeris ad coitum uis, Cælius 14. 4.  
 Cucurbita syluestris, uide Colocynthis.  
 Cuminum satiuum, D. 3. 66. Plinius  
 20. 14.  
 Cuminum serere quid, Cælius 15. 25.  
 Quinam sint qui circa salem & cymi-  
 num, Plutarch. Symp. 5. 10.  
 Cuminum syluestre D. 3. 67.  
 Cunila, uide Origani.  
 Cyanus flos, uulgo baptifecula, Cælius  
 27. 26. F.

Cyclaminus D. 2. 181. Plin. 21. 9. & 25. 8.  
 Cyclaminus altera D. 2. 182.  
 Cyminum, uide Cuminum.  
 Cynocrambe, uide Canina brassica.  
 Cynoglossus D. 4. 130. Plinius 25. 7. F.  
 Cynosbatus D. 1. 125. Plinius 24. 14. &  
 25. 1.  
 Cyperus D. 1. 4. F.

## D.

Damasonium, uide Alisma.  
 Daphnoïdes, uide Laureola.  
 Daucus D. 3. 81. Plinius 25. 8. F.  
 Delphinium D. 3. 82.  
 Dictamnus D. 3. 35. Plinius 25. 7.  
 Pseudodictamnus D. 3. 36.  
 Dictamnus Cretici, D. 3. 37. Ex  
 dictamno corollæ cir datur Ilithyæ,  
 Cælius 28. 24.  
 Dipfacus uel labrum Veneris, D. 3. 12.  
 Plinius 25. 10. & 27. 9. F. Cælius 4. 19.  
 Dodecatheon, Plinius 25. 3.  
 Dolichi, uide simlax hortens.  
 Dorycnion, D. 4. 78  
 Dracunculus maior D. 2. 183. F.  
 Dracunculus minor D. 2. 184.  
 De dracunculo uel dracontio, Plin.  
 25. 1. & 24. 16.  
 Dryopteris D. 4. 199. Plinius 27. 9.  
 Dryophonus, Plinius 27. 9.  
 Dulcis radix, uide Gycyrrhiza.

## E

Ebiscus, uide Ibiscus  
 Ebulus D. 4. 168. F.  
 Echion D. 4. 30. Plinius 25. 8. F.  
 Elaphoboscon D. 3. 8. Plinius 25. 7. &  
 22. 22.  
 Elatine, D. 4. 43. Plinius 27. 9.  
 Elleborine, uide Epipactis.  
 Elleborum album D. 4. 151. F. Nigrum  
 F. D. 4. 152.  
 Vterq; helleborus, uenodo, & quan-  
 do, & quibus sumatur, Plinius 25. 4.  
 Epoto neratro uguatis quartana-  
 rius, Antonius Seruianus c. 51.  
 Carneades disputans contra Ze-  
 nonem helleboromachum pur-  
 garit: deq; natura hellebori utrius-  
 que, Gellius 17. 15.  
 Empetron siue califraga D. 4. 191. Plin.  
 27. 9.

Enneaphyllon, Plinius 27. 9.  
 Ephemerum D. 4. 88. F.  
 Epimedium D. 4. 22. Plinius 27. 9.  
 Epipactis uel elleborine D. 4. 110. Plin-  
 ius 27. 9.  
 Epithymum, D. 4. 99.  
 Equisetum D. 4. 49. Plinius 26. 13. F.  
 Equisetum alterum D. 4. 50. F.  
 Erica D. 1. 119. F. Plin. 24. 9.  
 Erinos D. 4. 32.  
 Eriphia, Plinius 24. 18.  
 Eruca D. 2. 128. Plinius 20. 13. F.  
 Eruum D. 2. 119. Plinius 18. 15. Plutarch.  
 problem. Græ. 46. F.  
 Eryngium D. 3. 23. Plinius 21. 7. & 8. F.  
 Erysimon D. 2. 175.  
 Erythales, Plinius 26. 13.  
 Eupatorium D. 4. 44. Plin. 25. 5. F.  
 Eupatorium non habere uim purgato-  
 riam ueteres omnes uno ore contra  
 Mesues sententiam affirmare, Fuch-  
 sius Paradox. 1. 8.  
 Eupatorium uerum nec Auicennâ nec  
 Mesuen cognouisse, quum tamen a  
 uulgatissima & omnibus hodie notis-  
 sima herba agrimonía appellata nihil  
 differat, Fuchsius Paradox. 1. 7.  
 Eupatorium adulterinum, F.

## F.

Faba D. 2. 115. F.  
 Cyamissare, cyamus quid, Cælius 28.  
 24. Cyamus Pythagoreouum si-  
 gnicat, Cælius 27. 17. Fabatia  
 calenda, Cælius 9. 8.  
 Faba Aegyptia, D. 2. 116. Plinius 21. 28.  
 Ciboria, colocasium, Cælius 9. 12.  
 Farrago, Plin. 18. 16. Vide Secale in F.  
 Ferala D. 3. 89. Plinius 20. 23.  
 Filix D. 4. 196. Plinius 27. 9. F.  
 Filix foemina D. 4. 197. F.  
 Foeniculum D. 3. 79. Plinius 20. 23. F.  
 Foeniculum erraticum, hippomarathrum,  
 D. 3. 80. Plin. 20. 23.  
 Foenumgræcum D. 2. 112. Plinius 18. 16.  
 & 24. 19. F.  
 Folium herba D. 3. 141.  
 Fragaria F.  
 Fumaria D. 4. 111. Plinius 25. 10. F.  
 Fungi D. 4. 86. Plin. 22. 23.  
 Fungorum nomina, Cælius 9. 12.

- Fungi in homines, Ouidius Metamorph. lib. 7.  
 Defungis pezicis, Plinius 19. 3.  
 De boletis, in B.  
 G.  
 Gabalium, Plinius 12. 21. aroma Arabicum ignotum.  
 Galbanum D. 3. 96. Plinius 12. 25. & 24. 5. Caelius 24. 5.  
 Galedragon, Plinius 27. 10.  
 Galiopsis D. 4. 96. F.  
 Galla D. 1. 148. Plin. 16. 7.  
 Galion D. 4. 97. F.  
 Genista uel spartos D. 3. 160. F.  
 Genistella F.  
 Gentiana D. 3. 3. Plinius 25. 6. F.  
 Geranium D. 3. 129. F.  
 Geranion alterum D. 3. 130.  
 Gethyllides, Caelius 6. 1.  
 Gingidium, D. 2. 154. Plinius 20. 5. F.  
 Gith, melanthium D. 3. 92. F.  
 Gladiolus D. 4. 22. Plinius 21. 17.  
 Glaucium D. 3. 91. Plin. 27. 10. & 20. 19.  
 Glaux D. 4. 142.  
 Glycyrrhiza, id est, Dulcis radix. D. 3. 6. Plinius 22. 9. F. Vide infra Scythica.  
 Gnaphalium, D. 5. 131. F. Gnaphaliū, uel chamæzelon, Plin. 27. 10.  
 Gossipium F. Plinius 12. 11.  
 Gramen D. 4. 33. Plin. 24. 19. F.  
 Gramen arundinaceum, D. 4. 34.  
 Gramen Parnassi D. 4. 35.  
 Granum tinctorum, uide Coccus.  
 H.  
 Halicaccabus D. 1. 188. F. Vide Solanū uescarium.  
 Halimus D. 1. 122. Plin. 22. 22.  
 Harundo, uide Arundo.  
 Hedera D. 2. 199. F. Vtrum natura calida sit an frigida, Plutarch. Symp. 3. 2. Cissus, Plinius 24. 10.  
 Hedera, Plinius 24. 10. & 16. 35.  
 De hedera, cur eam flamini diali tangere non licuerit, Plutarch. Proble. Rom. 112.  
 Hedera terrestris, F.  
 Hedyphnois F. in Seri.  
 Hedyfaron D. 3. 147.  
 Helenium, uide Inula.  
 Heliochrysos D. 4. 60. Plinius 21. 11. & 21. 25.  
 Heliotropion maius D. 4. 203. Plinius 22. 21.  
 Heliotropion minus D. 4. 204.  
 Clytie in heliotropium, Ouidius lib. 4. Metamorph.  
 De solstitiali herba, Caelius 29. 4.  
 Helleborus, uide Elleborus.  
 Helxine D. 4. 42. Plinius 22. 16. & 17. F. uide Auricula muris.  
 Helxine cissampelos, caput D. attributum, & F.  
 Hemerocalles D. 3. 138. Plinius 21. 21.  
 Hemionitis D. 3. 153. F.  
 Hiberis, uide Iberis.  
 Hieracium maius D. 3. 70. F.  
 Minus D. 3. 71. F.  
 Hippice, Plinius 25. 7.  
 Hippoglosson D. 4. 133. Vide Hypoglossa, infra.  
 Hippophaës D. 4. 156. Plinius 22. 12.  
 Hippophæston D. 4. 157. Plin. 27. 10.  
 Hippuris D. 4. 44.  
 Hippuris altera D. 4. 45.  
 Holcus, Plinius 27. 10.  
 Holochrysus, Plinius 21. 20.  
 Holosteum, D. 4. 13. Plinius 27. 10.  
 Hordeum D. 2. 96.  
 Hordeum distichum & polystichum F. Cur hordeū tenuior terra magis profert, Plutarch. caus. natur. 15. Cur in puluere serendum, Ibid. 16. Hordearius rhetor, Cæl. 23. 7. Vini hordeacei proprium, Cæl. 7. 26.  
 Hyacinthus D. 4. 66. Plin. 21. 26. F. Caelius 27. 26.  
 Ajax in hyacinthum florem, Ouid. lib. 13. Metam.  
 Hydropiper D. 2. 178. F.  
 Hyoscyanus D. 4. 72. Plin. lib. 25. capitibus 3. 8. 9. F.  
 Hyosiris, Plinius 27. 10.  
 Hypecoon D. 4. 71. Plinius 27. 11.  
 Hypericon D. 3. 172. F.  
 Hyperici semē an per alium expurget, Hiero. Cardanus 3. 26. Cōtraditent.  
 Hypoglossa, Plin. 27. 11. Vide Hippoglosson supra.  
 Hypocistis D. 1. 129.  
 Hyssopus D. 3. 28. F.  
 I.  
 Iasione, Plinius 22. 22.

- Iberis D. 1. 187. F. in hiberis.  
 Delberide herba diuersæ ueterum descriptiones, Hieron. Cardanus Contradic. 3. 29.  
 Ibiscus F.  
 Idæa radix, D. 4. 47. Plin. 27. 11.  
 Illecebra, uide Telephium.  
 Impia, Plinius 24. 19.  
 Intybus D. 2. 147. F. De intybis & cichorio & seri genera duo, Plin. 20. 8.  
 Picris, Plinius 22. 22.  
 Inula D. 1. 31. Plin. 20. 5. F.  
 Iouis flos, Plinius & Theophrast. Ruell.  
 Irio D. 2. 175. F.  
 Iris D. 1. 1. Plinius 21. 20. & 25. 10. F.  
 Isatis D. 2. 205. Plinius 20. 7. F.  
 Isatis syluestris D. 2. 206. F. Ignorasse Auicennam, Serapionem, Pandectariumq; Isatin herbam, quã illi Nil & Nilech appellat, Fuch. Paradox. 1. 26.  
 Ischæmon, Plin. 25. 7.  
 Isopyron D. 4. 122. Plin. 27. 11.  
 Iuncus D. 4. 55. Iunci genera sex, & medicamenta eorum: & de cypero et odorato iunco, Plinius 21. 18.  
 Iuniperus parua, D. 1. 101. F.  
 Magna, ibid. 102. Plin. 24. 8.  
 L  
 Lactuca satiuæ D. 2. 152. F.  
 Quare mulieres mediũ lactucæ non soleant edere, Plutarch. Symp. 4. 9.  
 Cur lactucis uescerent priores in fine, Cælius 27. 28.  
 Lactuca an calfaciat, an multum sanguinis generet, an lac copiosum, Hier. Cardanus 3. 11. Contradic.  
 Lactuca syluestris D. 2. 153.  
 De Lactuca syluatica siue caprina, et esopo & syluestri, Plin. 20. 7.  
 Ladanum D. 1. 130. Plin. 12. 17.  
 Ladanum non ex hedera, sed cistho potius frutice, quem ladam aliàs nominant, colligi, contra Auicennã, Fuchsius Paradox. 1. 17.  
 Lagopus D. 4. 19. F.  
 Lamium, Plin. 22. 14. F.  
 Lapathũ, D. 2. 126. De lapatho, oxy-lapatho, hydrolapatho, hippolapatho, bulapatho, Plin. 20. 21. Oxalis & alia Lapathi genera, F.  
 Hippolapathum D. 2. 127.  
 Lappa canaria, Plin. 24. 19.  
 Lapsana uel lampsana D. 2. 128. Plinius 20. 9.  
 Laser, laserpitium, silphium, D. 3. 93. Plinius 19. 3. F.  
 Quod laserpitij succum ignorant, cum præ manibus habeant, deq; uiribus eius, & quod sit Belzoi uulgò dictũ, Hier. Cardan. errore 90. Quod ex India afferentes, hsdem notis id describant.  
 Vbi & quomodo silphij primum apparuit herba, Leonic. 1. 73.  
 De Cyrenaico silphio, Tzetzes 9. 292. & 6. 48.  
 Lathyris D. 4. 177. Plin. 27. 11. F.  
 Lauendula F. in pseudonardo.  
 Lauer, uide Sium.  
 Laurus Alexandrina D. 4. 148. F.  
 Laureola, D. 4. 149. F.  
 Lens D. 2. 117. F.  
 Lens an frigida, Hier. Cardanus Contradicent. 3. 15.  
 Lens palustris D. 4. 90.  
 Lentiscus, uide inter arbores.  
 Leontopetalon, D. 3. 109. Plin. 27. 11.  
 Leontopodion D. 4. 132.  
 Lepidium D. 2. 164. F.  
 Leucanthon, uide Chamæmelon.  
 Leucas D. 3. 112.  
 Leuce, Plin. 17. 11. Dubitat an eadem quæ leucas sit.  
 Leucographis, Plin. 27. 11.  
 Leucoion D. 3. 139. F. Viola alba, Plin. (21. 11.)  
 Leucoion Theophrasti, F.  
 Libanotis, uide Rosmarinus.  
 Lichen D. 4. 56. Plin. 26. 4. F.  
 Lichenem herbam à Plateario præter omnem rationem hepaticã, quasi hepatis conferat, appellari, cum id nominis Eupatorio potius, ueterũ testimonio conueniat, Fuchsi. Paradoxa 1. 17.  
 Super lichene in Ioã. Platearij defensionem, Sebast. Montui dialexis 8. lib. 1.  
 Ligusticum D. 3. 53. Plin. 20. 15.  
 Ligustris D. 3. 56. F. Plin. 24. 10.  
 Liliũ D. 3. 115. Plin. 21. 19. F. De lilio tria genera, & ratioe ea inferendi, Plinius 21. 5. Liliũ an uentriculo inimicum, Hier. Cardanus 3. 14.  
 De Limio, Plin. 27. 11. Herba qua Galli sagittas tingunt.  
 Limonium D. 4. 19. Plin. 25. 8. F.

- De lino specie aromatis, Cæl. 24. 22.  
 Lingua herba, Plin. 24. 19.  
 Linum D. 2. 93. F. Lini fatio & genera eius, & quomodo perficiantur, & de mappis, & lino non ardente, & quando primum in theatris uela, Plin. 19. 1. Lini semen, Plinius 20. 22.  
 Quis primum inuenerit linum, Poydor. 3. 6.  
 Lini ratio, Cælius 5. 12.  
 De pexili à petrís lino ex Carysto Euboia urbe, Leonícen. 1. 93.  
 Lithospermon D. 3. 159. Plin. 27. 11. F.  
 Lolium D. 2. 91. F.  
 Lonchitis D. 3. 152.  
 Lonchitis D. 3. 153.  
 Lotometra, Plinius 22. 21.  
 Lotus urbana D. 4. 112.  
 Lotus, Plin. 22. 21. Trifoliū prætense, F.  
 Lotus syluestris D. 4. 113.  
 Lunaria minor F.  
 Lupinus fatiuus D. 2. 100. F. Plin. 18. 14.  
 Lupinus agrestis D. 2. 100.  
 Lupus salictarius F.  
 Lychnis D. 3. 113. Plinius 21. 11. & 21. 26.  
 Lycium D. 1. 134. Plinius 24. 14. Succus est pyxacanthæ, de qua Plinius 24. 13.  
 Lycopsis D. 4. 105.  
 Lysimachia D. 4. 4. Plin. 25. 6. F.  

M.

 Magydaris, Plinius 19. 3.  
 Malabathrum D. 1. 11. Plin. 12. 26.  
 Mala insana, quæ & poma amoris F.  
 Malua D. 2. 131. F. Malua, malope, Plinius 20. 21.  
 Maluæ folium maxime sacrum, Aelianus in Varijs Græ. fol. 27.  
 Mamiras Chelidonia interpretat apud Trallianum in doloribus oculorum, nescio an ab ipso authore, aut alio quopiam.  
 Mandragora D. 4. 79. Plin. 15. 10. F.  
 Qui dicantur mandragoram bibisse, Cælius 17. 24.  
 De mandragora scitu digna, Cælius 7. 3.  
 Marica radix, Cælius 22. 32.  
 Marrubium D. 3. 110. Plinius 20. 17. & 20. 22. F.  
 Marrubium nigrum, uide Ballote.  
 Marum D. 3. 47. Plin. 12. 24.  
 Medica D. 2. 164. Plin. 18. 16.  
 Medion D. 4. 21. Plin. 27. 12.  
 Melanthion D. 3. 92. Vide Gith.  
 Melilotus D. 3. 46. F. Plin. lib. 21. capitibus 9. 11. & 20.  
 Meline quid, melinophagos, melothra, Cælius 22. 32.  
 Melissophyllon D. 3. 117. Vide Apiastrum. Melones F.  
 Memithe Arabum, neq; esse chelidoniã, neq; papauer cornutū, ut medici nostri seculi existimant: sed glaucium Græcorum, Fuchsius Paradox. 1. 36.  
 Menta D. 3. 39. F. Cælius 10. 22. Plinius 20. 14.  
 Minthe nympa in mentam, Ouidius Metamorph. lib. 10.  
 Mentastrum, D. 3. 40. Plin. 20. 14. F.  
 Meon uel Meu D. 1. 3. Plin. 20. 23.  
 Mercurialis, linozostis, D. 4. 201. Plin. 25. 4. F.  
 Mercurialis syluestris mas, F. Vide Cynocrambe.  
 Miliū D. 2. 107. F. Aelian. in Var. Græ. fol. 22. Milium, meline, Cæl. 18. 31.  
 Millefolia Achillea D. 33. 39. F.  
 Millefolium D. 4. 116. Plinius 25. 4. & 24. 16.  
 Mithridatia, Plin. 25. 5.  
 Moly D. 3. 52. Plin. 25. 3.  
 Molybdæna herba, Plin. 25. 10.  
 Muscus D. 1. 24.  
 Sphagnon Plin. 12. 23. & 24. 6.  
 Muscus marinus D. 4. 100.  
 Myagros uel melampyron D. 4. 112. Plinius 27. 12.  
 Myosotis, uide Auricula muris, Plinius 27. 12.  
 Myrica D. 1. 118. F. Plinius 13. 21. & Cælius 7. 29.  
 Myrrhis D. 4. 117. Plin. 24. 16. F.  
 Misy radix Cyrenaica, tuberi similis, Plinius 19. 3.  

N.

 Napum bunias uel bunion, D. 2. 122. & 4. 119. F.  
 Napi D. 2. 171. Naporum differentia, Plinius 20. 4. F.  
 Narcissus D. 4. 164. Plin. 21. 19.  
 Narcissus in florem, Ouid. lib. 3. Metam.  
 Nardus D. 1. 6.  
 Nardus & eius differentia, Plin. 12. 12.  

Nardus

- Nardus Celtica D. 1. 7. Plinius 21. 20.  
 Nardus montana D. 1. 8.  
 Nasturtium D. 2. 172. F. Plin. 20. 13. Aelianus in Varijs Græcis fol. 22. Vide prouerbium, Ede nasturtium.  
 Nasturtium agreste, uide Iberis.  
 Cardamo similes qui dicantur: Cur eo uescantur Persæ. Eiusdē nomina plura & uires, Cælius 26. 24.  
 Natrix herba, Plinius 27. 12. cuius radix uirus hirci redolet.  
 Nepeta, uide Calamintha.  
 Nigella, uide Gith.  
 Nodia, Plinius 24. 19. herba coriariorū officinis nota, mularis aliās.  
 Nyctigretton, Plinius 21. 11.  
 Nymphæa D. 1. 149. Plinius 25. 6. & 26. 10. & 26. 13. F.  
 Nymphæa altera D. 1. 150. F.  
 O.  
 Ocimastrū D. 3. 48. & 31. F. cap. ultimo.  
 Ocimum D. 2. 158. Plinius 18. 16. & 20. 12. F.  
 Ocimum serere aut cuminum quid, Cælius 15. 25.  
 Ocimum syluestre, Plinius 20. 13.  
 Oenagra D. 4. 119.  
 Oenanthe herba D. 3. 126. F. De oenanthe uite syluestri, uide inter arbores.  
 Olufatrum D. 3. 76. F.  
 Olostium, uide Holoostium.  
 Onobrychis D. 3. 171. Plin. 24. 16.  
 Ononis D. 3. 20. Plin. 27. 4. F.  
 Onosma D. 3. 148.  
 Ophioglossum F.  
 Ophrys F.  
 Opium D. 4. 68. Plinius 20. 18. Papaueris liquor, de quo in P.  
 Opobalsamum, D. 1. 21.  
 Opopanax D. 3. 53.  
 Oporice, Plinius 24. 14.  
 Orchis utraq; D. 3. 142. F. Triorchis, Plin. 25. 6. F. in Orchi Serapiade.  
 Oreoselinum D. 3. 74.  
 Origanum D. 3. 30. F. Cunila bubula, Plinius 20. 15. & 20. 17.  
 Cunila gallinacea siue origanum, & cunilago, & cunila fatiua, & cunila montana, Plin. 20. 16. Auicennam calamentū cū origano confundere, Fuchs, Paradox. 1. 23. Vide Tymbra.  
 Origanum syluestre, D. 3. 32. De Tragorigano uide infra.  
 Orminum fatium & syluestre, D. 3.  
 Ornithogalon D. 2. 161. (136. F.)  
 Orobanche D. 2. 151.  
 Oryza D. 2. 105.  
 Osyris D. 4. 144. Plinius 27. 12. F.  
 Othonna, Plinius 27. 12.  
 Oxalis, uide Lapathum.  
 Oxyacantha D. 1. 124. F.  
 Oxys, Plinius 27. 12. F.  
 P.  
 Pæderos, uide Acanthus.  
 Pæonia D. 3. 158. Plinius 25. 3. F.  
 Paliurus D. 1. 123. Plin. 13. 19. & 24. 13.  
 Panacos D. 3. 53. Plin. 20. 15. & 25. 9. & 12. 26.  
